

23 Sed pone quod Iudens.] Adde ¶ Ruinus in consilio 145. columna quinta, volumine quinto, ubi tractat de excusatione Iudaeorum blasphemantium, & ubi Ecclesia non habet iurisdictionem temporalem, Iudaei non puniuntur nisi per Iudicem secularem, secundum Alexand. consilio nonagesimo nono hic allegato: sed ego vidi seruari contrarium, quod etiam in locis non subiectis Ecclesiae puniuntur à Iudicibus Ecclesiasticis, & credo hanc esse rationem, quia crimen blasphemiae est mixti fori, ut per Boslium, in titulo de inquisitione. numero 132. & nonnulli tenuerunt puniendos esse per Inquisitorem; sed hoc latissime habetur per Adden. ad Bertaz. in consilio 250. Baiard.

m Excusari potest.] Ad 25 de ¶ quod hoc procedit, quando quis iracundia, & iusto dolore motus, blasphemat, ut per Folleium in practica censuaria, in verbo Nicolaus Episcopus, numero 56. cum sequent. Tiraquell. de penis temper. causa prima, numero decimo quarto, cum pluribus sequentibus. ubi refert Decius in consilio 163. vers. non debet illud dictum de blasphemia, dicentem, non dici proprie blasphematores, qui in ludo forte blasphemauerit, dum iratus esset, & per Fabium de Monteleon. in tract. super 4. litteris arbitralibus, part. 4. numero 72. ubi ¶ ponit exceptiones in crimine blasphemiae; & multa exempla, quando quis dicatur iusto dolore motus ad iracundiam; vide etiam Menoch. de arbitr. iudic. casus 375. numero 33. & ea, quae posui in dicta quaest. 60. in versic. est etiam ira brevis furor.

27 Item ¶ adde, quod si quis statim se corrigat, puta dicendo, Dio mel perdom, percutiendo pectus, vel os, vel aliquid simile, agendo ex subita correptione, poenam euitaret blasphemiae, quia esset enidens argumentum, quod ex lubrico lingua blasphemauerit, Alexand. consilio 15. ante fin. volum. 3. Felyn. in cap. auditus, col. 18. de praescript. Gerard. sing. 83. Soc. in consil. 102. & Capoll. consil. 79. Baiard.

n Qui iratus motus.] Blasphemans per iram, Fatim. supra nu. 47. & 48. Ref.

o Item potest excusari.] Adde Bellon. consil. 69. numero 8. & rationem huius instabilis dicti, vide per Felyn. in cap. Nam concupiscentiam col. 3. post med. extr. de consur. allegat Abb. in cap. Relatum, nu. 8. Ne clerici, vel Monachi, & ab eo Felyn. ibidem omnia extrahit. Drug.

o Itē potest excusari.] Consuetudo provinciae, an excuset blasphemum Farin. sup. nu. 44. & 45. & q. 20. nu. 13. Ref.

o Itē potest excusari.] Consuetudo excusat à poena temporali, etiam homicidij, non autem aeternali, Cremen. sing. 149. mos puerorum, Ancharan. & alij Doct. in cap. cum venerabilis de consuet. Roman. sing. 19. an consuetudo; & intellige de consuetud. publica, quae excusat, dummodo non sit contra ius diuinum, vel naturale, & non sit per Principē, vel legem abolita, quia tunc non excusat, Tiraquell. de poen. temp. cau. 42. ubi plenē hanc materiam tractauit, & posset excusari à blasphemia, ut mitius puniatur. Et ideò vide eū, qui multum diffusē hanc materiam tractauit; sed Bero. in consil. 90. per totum volum. 3. tenet, quod consuetudo à poena legis excusat, etiam quod consuetudo per legem Principis abrogata fuisset, si ante, & post dictam legem consuetudo seruata fuerit; & quod hoc procedat in licitis, non autem in illicitis, ut est in ludo prohibito. Vide etiam Grammat. in consilio 15. numero duodecimo, & Mascard. de probationibus, in conclusione 194. numero nono, ubi tenet, quod consuetudo excusat à rigoro poenae: sed contrarium est verius, quod non excusat, quia in his, quae de se, & sui natura, mala, & detestabilia sunt; & praesertim contra ius diuinum; consuetudo, etiam quod totius mundi illa vteretur, non excusat, cap. flagitia, 32. quaestione septima. Calcan. consil. 28. columna 5. Gabr. commun. conclusion. libro septimo, concl. 8. num. 27. Fe yn. in cap. ea, quae de Symon. & latē Farinae. quaest. crimin. in quaest. 20. num. 44. cum seqq.

29 & ¶ quot modis blasphemans à poena blasphemiae se excusare possit, latē habetur per Decian. in tract. crimin. cap. quinto, Tomo 2. Baiard.



S. FALSVM.

S Y M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Falsi crimen est publicum.
- 2 Falsitas circa multa committi potest.
- 3 Falsitas circa testes multis modis committitur.
- 4 Subornans testes an dicatur falsum committere.
- 5 Et an credatur testibus dicentibus se ad preces alicuius falsum deposuisse.
- 6 Producing falsos testes an dicatur falsum committere.
- 7 Et an stante statuto puniente producentem falsos testes punire debeat produens unum tantum modo testem falsum.
- 8 Testis falsum deponens dicitur falsum committere, Remissive.
- 9 Et quid si deponat in iudicio contrarium eius quod prius dixerat extra iudicium.
- 10 Et quid si deponat contrarium eius quod dixerat in alio iudicio.
- 11 Et quid si duo testes inuicem sibi contradicant, an sint de falso puniendi.
- 12 Et an dicta testium sint inter se concordanda, ut evitetur falsum.
- 13 Testis deponens super negativa est suspectus de falso.
- 14 Testis deponens falsum, non circa factum principale, sed circa alia extrinseca non potest puniri de falso.
- 15 Si testis neget dixisse, prout scriptum, reperitur, cui magis credendum sit, notario, an test.
- 16 Testis, qui falsum deposuit sine iuramento, an possit puniri de falso.
- 17 Ad hoc ut testis dicatur falsus, an requiratur, quid probetur ipsum fuisse corruptum.
- 18 Et quid de conuerso: nunquid sufficiat probare, quod fuit pecunia corruptus, absque eo quod probetur falsum deposuisse.
- 19 Poena testis falsi quae sit.
- 20 Utens dicto falsi testis dicitur falsum committere.
- 21 Fabricans falsum instrumentum, dicitur falsum committere.
- 22 Et quae sit poena notarii fabricantis instrumentum.
- 23 Producing falsum instrumentum dicitur falsum committere.
- 24 Utens falso instrumento scienter dicitur falsum committere.
- 25 Et quomodo hoc casu conuinci possit de scientia.
- 26 Et an puniatur eadem poena, ac si illud fabricasset.
- 27 Notarius ponens in instrumento, quod interuenit pretij numeratio, licet reuera pecunia non fuerit numerata, incidit in poenam falsi.
- 28 Notarius scribens in instrumento Rogauit Titius, spondit Meuius, cum tamen Titius esset absens, incidit in poenam falsi.
- 29 Notarius consciens instrumento super re illicita, incidit in poenam falsi.
- 30 Notarius negans se rogatum de instrumento, de quo re vera fuit rogatus, punitur poena falsi.
- 31 Falsificans litteras Principi punitur poena falsi.
- 32 Abradens instrumentum dicitur falsum committere.
- 33 Aperiens litteras alienas, & illas ostendens aduersario, incidit in poenam falsi.
- 34 Adscribens sibi legatum in testamento alieno punitur poena falsi.
- 35 Et quid in testamento nuncupatio.
- 36 Prohibens aliquem testari incidit in crimen falsi.
- 37 Vendens eandem rem duobus incidit in poenam falsi.
- 38 Suspicio falsi pro veritate habetur.
- 39 Et quid ad puniendum criminaliter.
- 40 Quae sit poena falsi.
- 41 Falsitatem committens circa testes, instrumenta, vel acta causa, an causam ipsam amittat.
- 42 Falsitas an possit committi sine dolo.
- 43 Falsum non dicitur id, quod adiuuatur primordio veritatis.

- 44 Falsitas nemini prauidicans an sit punibilis.
- 45 Iudex omni studio, & interpretatione curare debet, ut falsum eueniat.
- 46 Falsificans monetam qua poena puniatur.
- 47 Radens, aut minuens monetam, qua poena puniatur.
- 48 Expendens falsam monetam, qua poena puniatur.

Ex Additionibus.

- 1 Falsi crimen grauissimum est.
- 2 Falsi specialia remissive.
- 3 Falsi crimen in generalis delictorum abolitione non comprehenditur.
- 4 Falsi crimen acerrimum indagacionem requirit.
- 5 Iudicis officium venit ad damna, & interesse partis in iudicio falsi etiam criminaliter intentato.
- 6 Falsum multis modis committitur.
- 7 Et quae necessario requirantur ut dicatur commissum.
- 8 Falsitas non solet committi sine causa.
- 9 Et ad incurrendum falsum quid sufficiat.
- 10 Falsitas priuatur praesumptionibus & coniecturis.
- 11 Falsitas quomodo probetur remissive.
- 12 Quaestio falsi facit silere causam homicidij.
- 13 Subornans testes punitur, licet testes recusauerint falsum deponere. Et etiam si testibus corruptis non utatur. num. eod. Et quid si testis persuasus ad dicendum falsum deponeret veritatem, num. eod.
- 14 Et quando praesumatur subornatio, remissive. Testis quando praesumatur corruptus, & possit corrigere dictum suum, num. eod.
- 15 Testes quando dicantur subornati. Subornationis coniectura remissive, num. eod.
- 16 Subornans testes extra causam finale condemnationis, vel absolutiois minoris poena tenetur.
- 17 Subornatus an probet contra subornantem.
- 18 Testis corruptus contra corruptentem admittitur, quando veritas aliter haberi non potest.
- 19 Et quando testi corrupto sit credendum remissive. Et an faciat iudicium ad torturam infra num. 26.
- 20 Et an duo testes dicentes se aperte corruptus sufficiant ad condemnandum.
- 21 Et quid si sint singulares.
- 22 Testis afferens aliquem ubi esse eum pecunia corumpere an plene probet.
- 23 Statutum contra falsum testimonium suadentes, instrumentes, vel subornantes, licet non sequatur effectus, comprehendit eum, qui suadere, instrui, vel subornari passus est.
- 24 Subornans testes, ut alibi deponant falsum, poterit in loco subornationis puniri, & testes in loco falsitatis.
- 25 Subornans testes tenetur etiam ad refectionem expensarum reo absoluto.
- 27 Producing falsos testes si condemnentur de falso, non prauidicatur testibus, nec e contra.
- 28 Testes plures falsos, & plura instrumenta falsa producing ad unum finem pro vna falsitate est puniendus.
- 29 Et quid in committente plures falsitates diuersis temporibus, & locis.
- 30 Et si producing falsos testes fuerit punitus, non nocet testibus, nec e contra.
- 31 Falsitatem fabricans, & ea utens, non tenetur de vsu.
- 32 Testis falsus quis dicatur.
- 33 Testis in causa capitalis contra innocentem falsum deponens quae poena sit puniendus.
- 34 Et quid si pro saluanda vita, vel honori alterius falsum deposuerit.
- 35 Testis an poena falsi puniri possit, si existimans verum dicere falsum deponat.
- 36 Testis per verbum credo falsum deposuisse conuictus poena falsi tenetur.
- 37 Testis deponens verum, sed falsam rationem reddens, falsi crimen non incurrit.
- 38 Et variatio in dicto, & ratione non attenditur ad inducendam falsitatem.



- 39 Falsitas testium per alios testes non falsos etiam post sententiam probari potest.
- 40 Testis super vno capitulo falsum dicens in omnibus presumitur falsus.
- 41 Testis quando presumatur falsus ex repugnantia, & contrarietate.
- 42 Testis aliud in iudicio deponens, & aliud extra iudicium, qua pena sit puniendum remissive.
- 43 Testes falsi falsumq. testimonium consulentes, aut machinantes qua pena puniantur in Regno Neap.
- 44 Testis deponens in iudicio, contrarium eius, quod dixit extra iudicium conuincitur de falso.
- 45 Testes si sunt numero pares, quando digniores, minus dignos vincunt. Et eo casu minus digni non tenentur de falso, num. eod.
- 46 Testes deponentes conformia iuri communi, & aptiora natura magis probant.
- 47 Testes inuicem contrarij quibus sit credendum.
- 48 Duo testes contrarij nihil probant.
- 49 Testis deponens de presentia alierius, & alter negans an possint torqueri.
- 50 Fides in testibus est arbitraria.
- 51 Testium dicta an sint concordanda, vt euitetur falsum remissive.
- 52 Testis sibi contrarius in tortura an sit conciliandum remissive, num. 53.
- 54 Testis ad euitandum contrarietatem debet se remittere ad primam depositionem.
- 55 Et quando hoc facere possit remissive.
- 56 Et an contrarietas resultans inter partes, & dicta testium possit ad concordiam reduci remissive.
- 57 Testis deponens super negatiua quando sit suspectus de falso.
- 58 Testis super negatiua non coarctata falsum deponens extra ordinariè punitur.
- 59 Deponens se non recordari gestorum eodem contextu, dicitur suspectus de falso.
- 60 Testis deponens falsum extra factum principale an possit puniri de falso remissive.
- 61 Et quando testis tangat negotium principale remissive. Et an eo casu reprobetur eius dictum, num. eo. Testis deponens homicidium fuisse factum die luna, qua die tantum interuenit mandatum, an sit contrarius alijs deponentibus de die, qua verè fuit factum sub nu. 55. Et an si deponat falsum in circumstantia pertinente ad negotium principale puniatur de falso, num. eod.
- 62 Testes quando presumantur scienter, vel ignoranter falsum dixisse.
- 63 Testis si negat dixisse prout reperitur scriptum, an magis credendum sit Notario, quam testi, remissive. Et an Notarius possit torqueri remissive, nu. eo.
- 64 Et si ultra Notarium scribens examen idem testaretur, statuer scripto.
- 65 Testis tenetur iurare de iure diuino.
- 66 Et an valeat eius dictum sine iuramento. Et quid si post depositionem iuret, num. eod.
- 67 Testis potest iurare per procuratorem, non tamen deponere.
- 68 Testis sine iuramento falsum deponens extraordinariè punitur.
- 69 Testes suspecti de falso quando ob contumaciã tanquam confessi condemnentur in Regno Neap.
- 70 Testis vt dicatur falsus, an sit necessarium probari iussum fuisse corruptum remissive.
- 71 Testis pecuniam accipiens pro falso testimonio ferendo qua pena sit puniendus remissive.
- 72 Clericus falsum testimonium dicens qua pena puniatur remissive.
- 73 Testis falsus tenetur ad omne danum contingens ex illo testimonio. Et quid eo casu probari debeat, nu. eod.
- 74 Condenatio Testis de falso, an, & quando praeiudicet parti.
- 75 Testes inducens ad deponendum veritatem eis incognitã extraordinariè est puniendus.
- 76 Testium falsitas, & falsitatis, excusationis, remissive.
- 77 Vtens dicto falsi testis circa extrinseca, & ad causam non

- ficientia pena falsi non tenetur.
- 78 Camela pro vntente falsis testibus, vel instrumentis.
- 79 Falsos testes producens, eis qua renunciatis sine partis protestatione an sit puniendus remissive.
- 80 Et quid in producens falsos articulos.
- 81 Falsificas articulos an presumatur scienter, vel ignoranter fecisse. Et qua pena sit puniendus si super eis testes examinauerit, nu. eodem.
- 82 Et quid stare statuto neminem preteritu ignoranti e se tueri posse, remissive.
- 83 Vtens dicto falsi testis, vel falso instrumento de peritorum consilio non excusatur.
- 84 Instrumentum ex quibus presumitur falsum.
- 85 Notarius conficiens instrumentum de quo rogatus non fuerat, punitur de falso licet sint vera contenta in eo.
- 86 Et etiam si non compleuerit instrumentum falsum pena ordinaria tenetur.
- 87 Et de puniendo Notarium pro falso instrumento remissive.
- 88 Et stantum puniens Notarium de falso non comprehendit aliam personam falsum fabricantem.
- 89 Notarius condemnatus de falso, non perdit omnino potestatem conficiendi instrumenta. Notarius officio priuatus si facit instrumenta extraordinariè punitur, sed si falso notarium se faceret, & instrumenta conficeret, pena mortis veniret puniendus, ibid.
- 90 Et iudex in condemnatione exercitium Notariatus seruare non potest.
- 91 Notarius conficiens instrumentum super vsuris quibus afficiatur penis.
- 92 Notarij de falso cõdenati instrumentis preteritis fides adhibetur.
- 93 Notarius conficiens instrumentum falsum, quod sit nullum an pena falsi puniatur.
- 94 Et quid si mutaretur data in scriptura priuata.
- 95 Notarius suspectus de falso si noluit, vel differat ad instantiã partis matricem producere poterit torqueri.
- 96 Instrumentum falsum in vno capitulo, an censeatur in omnibus falsum remissive.
- 97 Et an falsitas instrumenti probetur per testes remissive. Et quando instrumentum presumatur totum falsum remissive, num. eod.
- 98 Liber rationum in parte falsus, in totum presumitur falsus.
- 99 Notarius falsificans instrumentum pro defensione patris non punitur pena ordinaria falsi.
- 100 Notarius falsum immunitatis instrumentum conficiens igne comburitur.
- 101 Instrumentum simulatum scribenti manus amputatur.
- 102 Notarius occultans instrumentum, an committat falsum, & qua pena sit puniendus, remissive. Testis falsus cuius dicto sit renunciatum an finita causa possit puniri sub nu. 83.
- 103 Statutum imponens penam falsificanti publicum instrumentum comprehendit falsificantem acta iudicialia.
- 104 Et puniens certa pena producentẽ instrumentum falsum non habet locum in producente falsos testes.
- 105 Et puniens fieri facientem instrumentum falsum habet locum contra suadentem alteri, vt falsum deponeret.
- 106 Instrumenti falsitas per tres testes probatur.
- 107 Falsitatis suspitio ex quibus presumptionibus inducatur, remissive.
- 108 Instrumenti fides vacillat, si duo ex testibus instrumentarijs negent se interfuisse.
- 109 Et quomodo sit articulandum.
- 110 Et an duo testes instrumentarij, & super numerarij sufficiant ad puniendum Notarium de falso.
- 111 Et quid facere debeat iudex duobus testibus & extraneis contradicentibus instrumento, remissive.
- 112 Et quomodo contra ipsam instrumentum deponere debeant.
- 113 Et quid si de tempore non recordentur.
- 114 Instrumentum quando reddatur suspectum de falso si testes contradicant, remissive.

- 115 Testes descripti in instrumento, vel testamento an probent si dicant se non interfuisse.
- 116 Falsi crimen non probatur per comparationem litterarum. Et comparatio litterarum cum alijs adminiculis facit iudicium ad torturam, nu. eod.
- 117 Et quando sit facienda comparatio litterarum in crimine falsi remissive.
- 118 Falsum quibus modis committatur in scripturis remissive.
- 119 Et ex quibus inducatur suspitio falsi.
- 120 Instrumentum suspectum de falso producens qua pena sit puniendus.
- 121 Instrumentum pluribus modis redditur suspectum de falso.
- 122 Falsi crimen accusationem non requirit.
- 123 Scripturam falsam, vel publicam, vel priuatam producens pari pena punitur.
- 124 Instrumentum simulatum non dicitur falsum.
- 125 Et quando dicitur instrumentum falsum, & quando simulatum.
- 126 Instrumentum falsum mutui altero producente, & altero solutionis ambo puniuntur de falso.
- 127 Vtens falso instrumento in iudicio an sit puniendus de falso, si fuerit productum cum clausula si, & in quantum.
- 128 Falsi quomodo, & quando possit cultari in productione, & vsu instrumenti, vel attestacionum remissive. Instrumentum falsum producens ignoranter si renuntiauerit, an aliud instrumentum eiusdem tenoris manu alterius notarij producere poterit sub nu. 126.
- 129 Testes falso producens puniendus est etiam si postea dicat se illis vti nolle.
- 130 Vtens falsa scriptura, an presumatur auctor falsitatis.
- 131 Impugnans instrumentum de falso, et succumbens an aliquid perdat.
- 132 Instrumentum producente si non habet terminum a statuto ad respondendum, an eo vti velit, illum iudex parte petente statuere debet.
- 133 Et quid operetur huiusmodi terminus.
- 134 Et nihilominus admittitur probatio contra scientiam presumptam.
- 135 Coniurax in comparando potest probare suam innocentiam, licet a statuto habeatur pro confesso, & conuicto.
- 136 Instrumentum producente, cum qua protestatione dato termino ad respondendum, debet illius vsus renunciare, vt eodem instrumento contra alium vti possit. Et quid si renunciat vsus testium, nu. eod.
- 137 Et si scriptura producatur a procuratore, sunt interrogandi principalis, & procurator.
- 138 Et procurator debet habere mandatum in iudicio, vt possit huiusmodi interrogatorio respondere, vel sequi ratificatio domini.
- 139 Et interrogatus a procuratore non tenetur respondere.
- 140 Interrogandi praxis contra producentem instrumentum vnde sumatur. Et habet etiam locum in productione testium, nu. eod. Et quomodo debeat concipi interrogatio, vt producente instrumentum, vel testes teneatur praxis de respondere, nu. eo.
- 141 Instrumentum producente, vel testes non tenetur de falso nisi fiat protestatio per tenentem declarationem, velle partem, & testes de falso redarguere.
- 142 Interrogatio contra producentem instrumentum, vel testes in quacunque parte iudicij fieri potest.
- 143 Vtens falso instrumento in prima instantia, an possit in causa appellacionis illius vsui renunciado falsi pena uitare.
- 144 Instrumentum producente, vel testes debet clare, & sine aliqua conditione, aut protestatione post terminum respondere.
- 145 Et respondens nolle vti, non euitat penam falsi si testes produxit, vt falsum daponerent, vel scripturas falsas fabricauit.
- 146 Et an si respondeat nolle testibus vti, excusetur de productione articuli falsi.
- 147 Et renunciatis vsui longè post disceptationem habitam super falsitate productorum non accusatur.
- 148 Et an si respondeat, nolle vti instrumento, quod suspicatur

- falsum, possit aliud eiusdem tenoris ab alio rogatum producere, & eo vti remissive.
- 149 Et si pars respondeat nolle vti, pers contraria, vel fiscus vti poterit.
- 150 Et non respondens, vel obscure, aut qualificatiue, perinde est ac si nolle vti respondisset.
- 151 Et re integra potest moram purgare, & indulgeri per Principem ad respondendum.
- 152 Vtens scienter falsis testibus, respondere tenetur, an velit illis vti, etiam stante statuto in quibusdam casibus non debere respondere.
- 153 Vtens falsa scriptura, an puniatur aequè, ac si illam fabricasset.
- 154 Notarius mutans signum suum tenetur pena falsi.
- 155 Notarius ponens in instrumento mutus verbum numerauit, an incidat in penam falsi, si verè pecunia non fuit numerata.
- 156 Et asserens aliã in sua presentia fuisse numeratam pecuniam, non punitur de falso, licet falsum dicat.
- 157 Falsi suspitio cessat in testamento contra Notarium viuente testatore.
- 158 Notarius si nomina etiã absentium describat in instrumento stante consuetudine excusatur a pena falsi.
- 159 Notarij non tenentur exhibere pro hoc collu de instrumento in actis non exhibitio illud ac falso arguere volenti.
- 160 Notarius omittens solemnitatem an puniatur de falso.
- 161 Et an presumatur in Notario potius error, quã falsitas remissive.
- 162 Notarius non potest ex arbitrio omnittere necessaria de iure vel de facto, aut de consuetudine.
- 163 Et pariter non est in arbitrio partium quo minus omissa vitent.
- 164 Et quando presumatur in eo potius error, quam dolus remissive.
- 165 Notarius addens instrumento sine licentia iudicis falsum committit.
- 166 Et si per errorem addat diuersum a protocollo tenetur saltè laso ad interesse.
- 167 Notarius conficiens instrumentum illicitum quibus penis puniri debeat remissive.
- 168 Notarij imputati de falso, ex quib. iudicij torqueri possit.
- 169 Notarius conficiens instrumentum vsurarium, quibus penis puniatur.
- 170 Notarius in quibus casibus instrumentum conficere non possit remissive.
- 171 Statutum puniens Notarium scienter contractus illicitos conficientes, requirit scientiam in specie super contractu, de quo agitur.
- 172 Notarius an teneatur pena falsi, si falsum instrumentum non perfecit.
- 173 Notario dicenti, se amisisse protocollum, aut originale non creditur.
- 174 Et quid si cum iuramento diceret se amisisse.
- 175 Et an eo casu possit torqueri.
- 176 Et quid si protocollum producere, aut ostendere noluerit.
- 177 Notarius an presumatur rogatus remissive.
- 178 Notarius asserens se rogatum de instrumento, cuius notulã dedit, cum verè rogatus non esset, tenetur de falso.
- 179 Et idem si dicat, se non recordari, quãdo factu est de recenti Et in eo casu potest compelli ad exhibendum omnes suas imbreuiaturas, nu. eod.
- 180 Notarius negans, se fuisse rogatum de instrumento, vel illu celans, aut dicens se non recordari, si conuincatur per testes tenetur ad penam falsi, & interesse partis.
- 181 Et hoc etiam casu potest compelli ad exhibendum suas imbreuiaturas, vt fiat perquisitio.
- 182 Notarius amittens protocollum, licet authenticum habeat iudicis arbitrio punitur, nisi probauerit absque eius culpa combustum, vel deperditum.
- 183 Et tenetur ad omnia damna, & interesse.
- 184 Et efficitur periurus.